

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

De consuetudine cibum capiendi apud ueteres

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

fiam. Hæc uerè doctrix est populi. Hanc omnibus officijs ornemus. Hæc breuiter nunc tibi scribo: ac uolo te mihi significare, an meæ literæ in Margari ti monte sint reddita. Bene uale.

Amico cuidam.

S. D. Nomen oppido Perleberg, quod patriæ tuæ uicinum est, non ab urfa, sed à margarito deri uari uolo. Cùm filius Dei Euangelium margarito conserat, nominis sonus eruditus gratior esse debet. Scribitur autem, margaritum gemmam nasci in concha ex rore: & generosissimum esse, cum ros ex cipitur inter tonitrua & fulgura. Sic Ecclesia pas citur rore cœlesti, inter afflictiones. Etymologia est amara crustula, margarith: quia Euangelium est sermo crucis. Iudica gens non adpellat margaritum, sed Bargarith, quod est purissima crustula. Hanc commemorationem scripsi senatui Perlebergensi, quem hortatus sum, ut Margarithum uidelicet ornent scholæ conseruatione, commune factus nomine ur bis. Eas autem literas ad te mitto, ut cures senatui Perlebergensi exhiberi. Hoc tuum officium mihi gra tum est. Patri tuo, uiro prudentissimo, salutem o pto. Bene uale: quarto Maij.

De consuetudine cibum capiendi apud uereres.

Fuit antiqua cōsuetudo, ut accumberet ad men sam.

J. Bobichus.

J. Bobichus de  
arte differendi  
oratio

euangelium

sam: sicut Christus sedet, quando mulier peccatrix  
(Luc. 7) contrectauit eius pedes. Pedes erant po-  
siti in scamno, seu lectulo. Pictores nō rectē imitan-  
tur pingentes Mariam Magdalenam, quæ non sub  
scamnis, sed in lectulo Christi pedes osculata est.

Triclinium uocatur: quia fuerunt tres lectuli ad  
mensam collocati. Fuitq; hæc consuetudo: homines  
sapientes defatigati laboribus, semel comederunt.  
Venientes uerò ad mensam, quo melius acquiesce-  
rent, unusquisq; occupabat integrū lectū: sic men-  
sa debet esse locus quietus, & non Centaurorū sta-  
bulum. Ideo absidebant tres: quia numerus ternā-  
rius conueniens est colloquijs. iuxta uetus prouer-  
bium: Tres conuiuium, nouem conuiciū. Item dialo-  
gi sunt plerunq; trium: duo sunt colloquentes, ter-  
tius est quasi arbiter interloquens: ut est in dialogis  
Platonis. Omnia exempla antiquitatis uerè habent  
aliquam pulchram & grauem causam.

Illud autem dictum, quod antiquitas tantum se-  
mel comederit, non est intelligendum de messori-  
bus, seruis, aut pueris. nam tales sumebant ientacu-  
la. Sed honestiores, grandiores natu, et occupati cō-  
silijs, non coenabant: inde sunt hi ueteres uersiculi:  
Sex horæ tantum tribuantur rebus agendis:

Viuere post illas litera zetha monet.

Tempus matutinū à sexta usq; ad duo decimam ho-  
ram deliberationib; & negocijs tribuebatur: de-  
inde

inde se relaxabant, lauabant, ita ut circa horam secundam aut circiter comederent. Vesperis uero citò se cubitum conferebant, ut postridie uenirèt promptiores ad negocia. Ille ordo cõueniens est natura.

EPIGRAMMA, DOCENS QVOMODO Romani diè transegerunt, & quos labores seu negocia singulis horis attribuerunt.

Prima salutantes, atq; altera detinet hora;  
 Exercet tantos tertia causidicos.  
 In quintam uarios extendit Roma labores:  
 Sexta quies laxis, septima finis erit.  
 Sufficit in nonam nitidis octaua palæstris,  
 Imperat extructos frangere nona thoros.  
 Hora libellorum decima est euphema meorum,  
 Temperat ambrosias cum tua cura dapes.  
 Et bonus aethereo laxatur nestore Caesar,  
 Ingentiq; tenet pocula parta manu.  
 Tunc admitte iocos, gressu timet ire licenti  
 Ad matutinum nostra Thalia iouem.

Venerãdo uiro, D. Gregorio Prætori, pastori Ecclesiæ Dei in Gebersdorff, amico suo,

S. D. Venerande uir. Est quidẽ ualde reprehendenda populi impietas, qui fidelibus Euangelij ministris,